De altera

Plutarchi declamatione

quae est

„de Alexandri fortuna."

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE 25 M. IULII A. MDCCCLXXXXIV

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

Guilelmus Nachstädt

Berolinensis.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

ADVERSARII ERUNT:

Wilhelm Luft, cand. phil.
Arthur Grüneberg, Dr. phil.
Martin Heller, Dr. phil.

BEROLINI

TYPIS C. VOGTII (E. EBERING).

Linkstrasse 16.

Haec dissertatio inauguralis pars est disputationis de Plutarchi declamationibus, quae sunt de Alexandri fortuna ab amplissimo Ordine Philosophorum Berolinensi examinatae et probatae, quae brevi ex eisdem aedibus Vogtianis inter scripta, quae Dr. Ebering sub titulo „Berliner Beiträge zur klassischen Philologie“ colligit, in lucem prodibit.

Parentibus

S.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41535723_0075

In Plutarchi operibus tria scripta nobis traduntur, quae de Alexandro Magno, rege Macedonum, sunt: vita eius more Chaeronensis narratiunculas amantis enarrata et cum Caesaris vita comparata, etsi *σύγκρισις* addita non est, atque duae orationes sive *μελέται*, inscriptae: „*περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς*“, quibus eum non donatum fortunae muneribus, sed ipsius virtutibus insignem ad potentiae fastigium ascendisse vividis coloribus depingitur. His declamationibus accuratius examinatis et cum vita comparatis L. Weberus dissertatione sua nuper edita[1] tale iudicium facit, ut priorem post vitam, alteram etsi post illas, tamen, ut iam A. Schäferus[2] opinabatur, non a Plutarcho, sed a falsario quodam conscriptam esse censeat. Qua in re quamquam in priore oratione post vitam ponenda prorsus recte iudicavit, tamen, quae de altera a falsario composita profert, nullo pacto mihi comprobavit. Nam argumentis, quibus utitur, fides habenda non est, cum quamquam verisimilitudinis speciem prae se ferunt, tamen, si diligentius ea exploramus, vera et iusta non sint, quod hac dissertatione demonstrare in animo habeo, praesertim cum animadverterim non deesse etiam his temporibus, qui utramque orationem Plutarcho tribuant velut E. Lasselius[3], ut adhuc sub iudice lis sit. Atque etiam M. Treuius[4], quamquam Weberi opinioni favet natura codicum commotus, tamen admonet, ut iterum de hac re accurata quaestio fiat: quam hac dissertatione instituere conatus sum.

---

[1] Lud. Weber, de Plutarcho Alexandri laudatore. Genethl. Gotting. Halae 1888. p. 84—96.

[2] Annal. philol. vol. 101. 1870. p. 441.

[3] E. Lassel, de fortunae in Plutarchi operibus notione. Diss. Marburg. 1891. p. 62.

[4] M. Treu, Jahresbericht über Plut. Moralia. Burs. J. B. 1891, vol. 62, p. 14—15.

Priusquam ad orationem alteram perscrutandam accedam, necesse est de priore, quacum orationem II permultis locis comparandam esse per se intellegitur, breviter disputare, cum nuperrime Kaerstius etiam hanc a Plutarcho abiudicaverit.[1] Qui cum causas non addiderit — quae fuerint, non video —, meum non est in singula inquirere, sed eas tantum res leviter perstringam, quae proprium morem et colorem Plutarcheum ostendunt.

Nonnulla praemittenda sunt, quae et ad orationem I et ad II spectant. Satis futile nobis videtur quaerere, utrum virtuti an fortunae plus debuerit Alexander, atque miramur, qui fieri potuerit, ut Plutarchus, vir doctissimus et eruditissimus, eiusmodi quaestioni in rhetorum scholis saepenumero tractatae et decantatae operam daret. Sed primum inter eius opera etiam aliae declamationes traduntur a nemine ad id tempus in dubitationem vocatae nec vocandae, scil. orationes de fort. Rom. et de glor. Athen. Tum vero haec disceptatio prorsus ex more et consuetudine ut historicorum Graecorum[2] ita Plutarchi est. Solet enim in vitis comparationibusque accurate perpendere, quid apud quemque fortunae, quid virtuti tribuendum sit, quam rem sescentis exemplis comprobare possum. Luculentissime haec eius consuetudo ex praef. vit. Timol. & Aem. Paul. cognoscitur, ubi dicit: *προκεχειρίσμεθά σοι τὸν Τιμολέοντος τοῦ Κορινθίου καὶ τὸν Αἰμιλίου Παύλου βίον, ἀνδρῶν οὐ μόνον ταῖς αἱρέσεσιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς τύχαις ἀγαθαῖς ὁμοίως κεχρημένων ἐπὶ τὰ πράγματα καὶ διαμφισβήτησιν παρεξόντων, πότερον εὐποτμίᾳ μᾶλλον ἢ φρονήσει τὰ μέγιστα τῶν πεπραγμένων κατώρθωσαν.* cf. Timol. 19 in. Aem. Paul. 12 in. Phoc. 1 f. 2 in. Sertor. 1. 10. Sull. 6 m. 30. Dion. 2. comp. Sol. & Popl. 1. comp.

[1] Kaerst in: Pauly Realencyklopädie I² 1893 s. v. Alexander no. 10. p. 1413, 45. 1426,45. (p. 1417, 14. 15 unci desunt ex typographi, ut videtur, lapsu).

[2] Lassel l. l. p. 13—27 et qui ibi laudantur.

Arist. & Cat. mai. 2 f. comp. Cim. & Luc. 2 m. comp. Nic. & Crass. 5 a. de gen. Socr. 1. Prae ceteris autem Plutarchi fuisse has declamationes componere, inde optime intellegitur, quod, etsi illis vitarum locis nonnusquam magna vis fortunae vel aequae vel iniquae praedicatur, tamen in scriptis eius dissertatiuncula *περὶ τύχης* exstat, qua res humanas non casu, sed prudentia regi exponit. Quod si consideramus, haec quasi universa sententia, declamationes exempla eius rhetorum in modum illustrata esse videantur, quamquam ullum connexum inter haec scripta esse minime contenderim. Tamen negligendum non est in huius libri c. 1 p. 97d cum indignatione quaeri: *ἀπὸ τύχης δ' ὁ μὲν Φιλίππου Ἀλέξανδρος αὐτός τε τῶν αἰχμαλώτων ἀπείχετο γυναικῶν καὶ τοὺς ὑβρίζοντας ἐκόλαζεν*; Quid mirum igitur, quod Plutarchus, cum magna Alexandri admiratione affectus fuerit, eum contra fortunam defendere sibi proposuit? Argumentis a Webero prolatis (p. 84) [de ser. num. vin d. 127b] multa addi possunt; satis habeo tria eaque gravissima afferre. Legimus enim in vit. Alex. c. 20 m. de pugna ad Issum commissa: *Ἀλεξάνδρῳ δὲ τὸν μὲν τόπον ἡ τύχη παρέσχεν, ἐστρατήγησε δὲ τῶν ἀπὸ τῆς τύχης ὑπαρχόντων πρὸς τὸ νικῆσαι βέλτιον* et postea in. c. 58: *αὐτὸς δὲ τόλμῃ τὴν τύχην ὑπερβαλέσθαι καὶ τὴν δύναμιν ἀρετῇ φιλοτιμούμενος, οὐδὲν ᾤετο τοῖς θαρροῦσιν ἀνάλωτον οὐδὲ ὀχυρὸν εἶναι τοῖς ἀτόλμοις.* Etiam gravius est, quod in libri *περὶ Ἡροδότου κακοηθείας*[1] c. 7 p. 856b legimus: *δέχεται δὲ καὶ παρὰ τὸν τρόπον τοῦ ἔργου διήγησις ἱστορικὴ κακοήθειαν, ἂν χρήμασι φάσκῃ, μὴ δι' ἀρετῆς, κατειργάσθαι τὴν πρᾶξιν, ὡς Φίλιππον ἔνιοι φάσκουσιν· ἂν σὺν οὐδενὶ πόνῳ καὶ ῥᾳδίως, ὡς Ἀλέξανδρον· ἂν μὴ φρονίμως, ἀλλ' εὐτυχῶς, ὡς Τιμόθεον οἱ ἐχθροί . . . . . δῆλον γὰρ ὅτι τῶν πράξεων ἐλαττοῦσι τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος οἱ τὸ γενναίως καὶ φιλοπόνως καὶ κατ' ἀρετὴν καὶ δι' αὐτῶν ἀφαιροῦντες.*

[1] Quem librum post dissertationes virorum doct. Lahmeyer, Holzapfel, Majcharowicz nemo cum A. Haeblero a Plutarcho abiudicabit.

Itaque perfacile Plutarchum Alexandri virtutis defensorem exsistere potuisse, non est, quod moneam, ut haerendum non sit in eo, quod scriptor in lib. de fort. Rom. c. 13 in. commemorat *Ἀλεξάνδρου τελευτήν, ἀνδρὸς εὐτυχήμασι μεγάλοις καὶ κατορθώμασι λαμπροῖς ὑπὸ θάρσους ἀμάχου καὶ φρονήματος ὥσπερ ἄστρου φερομένου καὶ διάττοντος ἐπὶ δυσμὰς ἐξ ἀνατολῶν*, quibus verbis Alexandri virtus nullo pacto diminuitur. Immo Plutarchus Livium impugnare videtur, qui loco illo notissimo (IX 17—19) Timageni, ut iure putatur, adversatus copiosius perscrutatur, utrum, si Alexander in Italiam venisset atque cum Romanis manus conseruisset, Macedones an Romani superiores discessuri fuerint. Nam cum Livius, ut consentaneum est, civibus suis palmam tribuat, Plutarchus, quo erat patriae amore et priscorum virorum studio, fortunam populo Romano benignam hoc certamen prohibuisse exponit, de cuius exitu quid iudicaverit etsi nescimus, cum finis orationis interciderit, tamen Alexandri potentiam et opes eum celebravisse ex eis, quae supersunt, intellegitur. Quod si consideramus, nullus de argumento orationum scrupulus esse potest.

Accedo nunc ad or. I. Initium quamquam nobis traditum non est, tamen quid exciderit, facile computare possumus. Verba enim, quae nobis prima servantur, sunt: *οὗτος ὁ τῆς τύχης λόγος ἴδιον καὶ μόνης αὐτῆς ἔργον ἀποφαινομένης Ἀλέξανδρον*. Paulo post legimus (c. 2 in.): *οἶμαι δ' ἂν αὐτὸν εἰπεῖν πρὸς τὴν τύχην τοῖς κατορθώμασιν αὐτὴν ἐπιγράφουσαν· μή μου διάβαλλε τὴν ἀρετὴν κτλ.* Recte igitur Weberus (p. 89/90) Fortunae orationem, qua Alexandrum a se auctum et elatum esse dixerit, periisse suspicatur, ut quasi certamen Fortunae, temeritatis et casus, ac Virtutis, rationis et consilii, principio huius declamationis lectori ante oculos propositum fuerit. Hoc controversiae artificium prorsus convenit in Plutarchum, qui saepius eo utitur. Habemus enim certamina *τύχης καὶ ἀρετῆς* (Timol. 19 in. *ταῦτα μὲν οὖν ἔτι τῇ προνοίᾳ καὶ ἀρετῇ δίδωσί τινα πρὸς τὴν τύχην ἀμφισβήτησιν· τὸ δ' ἐπὶ τούτοις γενόμενον παντάπασιν ἔοικε συμβῆναι κατ' εὐτυχίαν.* ibid. c. 21. Cleom. c. 39 in.), *τύχης καὶ ἐπι-*

στήμης (comp. Philop. & Flam. 2 in. de Philopoemene: *μυρίας μάχας κατορθώσας οὐδεμίαν ἀμφισβήτησιν τῇ τύχῃ πρὸς τὴν ἐπιστήμην ἀπολέλοιπεν*), *τύχης καὶ φύσεως* (Demosth. 2: Demosthene et Cicerone comparatis pergit: *ὥστε, εἰ γένοιτο τῇ φύσει καὶ τῇ τύχῃ καθάπερ τεχνίτας ἄμιλλα, χαλεπῶς μὲν ἂν διακριθῆναι, πότερον αὕτη τοῖς τρόποις ἢ τοῖς πράγμασιν ἐκείνη τοὺς ἄνδρας ὁμοιοτέρους ἀπείργασται*), *τύχης καὶ κακίας* (an vitios. ad infelic. suff. 3 p. 498 f; has inter se certantes facit scriptor, utra infeliciores reddat homines: praecipue ideo hic locus animadvertendus est, quod vitiositas orationem satis rhetorice exornatam contra fortunam habet, ut similitudo perspicua sit). Optime autem haec Plutarchi consuetudo ex declamatione „de fort. Rom.“ cognoscitur, quam etiam Weberus in principio huius orationis I supplendo commemorat. Incipit enim: *αἱ πολλοὺς πολλάκις ἀγωνισμέναι καὶ μεγάλους ἀγῶνας ἀρετὴ καὶ τύχη πρὸς ἀλλήλας μέγιστον ἀγωνίζονται τὸν παρόντα, περὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας διαδικαζόμεναι ποτέρας γέγονεν ἔργον καὶ ποτέρα τὴν τηλικαύτην δύναμιν γεγέννηκεν.* Capite altero postquam Plutarchus ad potestatem Romanorum augendam Fortunam non magis quam Virtutem valuisse exposuit, c. 3 Virtutem, c. 4 Fortunam cum clientibus ad certamen quasi in iudicium venientes facit (c. 3 in.): *νυνὶ δέ μοι δοκῶ τοῦ προβλήματος ὥσπερ ἀπὸ σκοπῆς καθορᾶν ἐπὶ τὴν σύγκρισιν καὶ τὸν ἀγῶνα τήν τε Τύχην καὶ τὴν Ἀρετὴν βαδίζουσας.* Ex his locis perspicuum fit Weberum recte iudicavisse, cum initio huius orationis I nil nisi Fortunae perorationem periisse poneret, neque Reiskio adstipulabimur, qui opinabatur „praecessisse aliam disputationem, in qua demonstratum iverat auctor, Alexandrum suae famae felicitatisque maximam partem propitiae fortunae debuisse.“

Ratio philosopha, qua non tam doctrina quam rebus prudenter gestis philosophum cognosci cum tota or. I tum c. 4 docetur (*τούτοις γὰρ* — scil. *συλλογισμοῖς καὶ ἀξιώμασι καὶ περιπάτοις καὶ θέσεσιν* — *ὁρίζουσι φιλοσοφίαν οἱ λόγον αὐτὴν οὐκ ἔργον νομίζοντες* p. 328 a), latissime patet in Plutarchi scriptis, quippe cum in rebus physicis

explorandis haud multum versatus sit, sed imprimis moribus emendandis studuerit. Semper enim iuvenes admonet, ne rebus levioribus et inutilioribus tempus terant; plus ex factis quam ex libris disci posse. Pericl. 1. 2. de prof. in virt. 7. p. 78 e. de tuend. san. 24 m. p. 135 d. an seni ger. resp. 12 p. 790 d: *ἢ πλοίων μὲν ἄρχοντας οὐ ποιεῖ γράμματα κυβερνητικά, μὴ πολλάκις γενομένους ἐν πρύμνῃ θεατὰς τῶν πρὸς κυμα καὶ πνεῦμα καὶ νύκτα χειμέριον ἀγώνων . . . . ., πόλιν δὲ μεταχειρίσασθαι καὶ πεῖσαι δῆμον ἢ βουλὴν δύναιτ' ἂν ὀρθῶς νέος ἀναγνοὺς βίβλον ἢ σχολὴν περὶ πολιτείας ἐν Λυκείῳ γραψάμενος, ἂν μὴ παρ' ἡνίαν καὶ παρ' οἴακα πολλάκις στάς, δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν ἀγωνιζομένων ἐμπειρίαις ἅμα καὶ τύχαις συναποκλίνων ἐπ' ἀμφότερα, μετὰ κινδύνων καὶ τραυμάτων λάβῃ τὴν μάθησιν*; — Conferri potest etiam locus lib. de glor. Athen. 1 f. p. 345 c: *ἂν γὰρ ἀνέλῃς τοὺς πράττοντας, οὐχ ἕξεις τοὺς γράφοντας*. Gravissime increpat Epicurum eiusque asseclas, quod a re publica abstinendum esse praecipiant; cf. adv. Col. 32. 33. non posse suav. viv. sec. Epic. 15. de lat. viv. passim. Quin etiam discrimen statuit inter *ἀπράγμονα* vel *θεωρητικόν* et *πολιτικόν* philosophum: philos. c. princ. 2 f. p. 778 b. (cf. non posse suav. viv. . . 4 in. p. 1088 a. Pericl. 16). Saepe autem ex altera parte necesse esse docet viros in re publica versantes philosophiae muneribus instructos esse: Timol. 6. Arat. 10. de puer. ed. 10 p. 7 f.[1] philos. c. princ. et ad philos. inerud. passim. Constat Plutarchum summam virtutem *τὴν πολιτικὴν ἀρετήν* habuisse, quod apparet ex comp. Arist. & Cat. mai. 3 in: *„ὅτι μὲν δὴ τῆς πολιτικῆς ἄνθρωπος ἀρετῆς οὐ κτᾶται τελειοτέραν ὁμολογούμενόν ἐστιν.* cf. Marc. 20. comp. Lys. & Pomp. 2 f. de mon. olig. democr. 1 in. Saepissime etiam voculae *φιλόσοφος* et *πολιτικός* coniunguntur, etsi non contenderim quasi unum idemque hac copulatione significari; hoc tantnm demonstratur, quam arte

[1] Quem librum Wyttenbachius aliique iniuria, ut mihi quidem videtur, a Plutarcho abiudicaveruut, quod hoc loco accuratius exponere non possum.

inter se cognatos esse philosophos et viros reipublicae deditos Plutarchus censuerit Platonis doctrinam secutus. cf. Sol. 3 (de VII sapientibus ex civitate bene administrata ita apellatis). Pericl. 24 in. Alex. 14 in. Dion. 22 m. de aud. 15. de tuend. san. 25. de superst. 6. de cap. ex inim. util. 4 in. *φιλόλογος καὶ πολιτικός*: de tuend. san. 27 p. 137 c. Symp. qu. VII 10,2 p. 715 b. Aperte autem haec philosophi et civitatis gubernatoris congruentia praedicatur in praec. ger. reip. 1 m. p. 798 b: ... *χρόνον οὐκ ἔχεις ἀνδρὸς φιλοσόφου βίον ὕπαιθρον ἐν πράξεσι πολιτικαῖς καὶ δημοσίοις ἀγῶσι κατανοῆσαι καὶ γενέσθαι παραδειγμάτων ἔργῳ μὴ λόγῳ περαινομένων θεατής* ... Si igitur mentem scriptoris recte percipimus, mirum iam non erit, qui fieri potuerit, ut Plutarchus hac or. I Alexandrum vere philosophum ante oculos nobis proponeret.

Deinceps in c. 5 p. 328 c legimus: *καὶ τοὺς μὲν Πλάτωνος ὀλίγοι νόμους ἀναγιγνώσκομεν*, quae verba nisi a Platonis studiosissimo scripta esse non possunt. Quod quantopere ad Plutarchum pertineat, opus non est pluribus exponere; id unum commemoro multis locis etiam Platonis Leges ab illo afferi. cf. Dübneri Ind. Plut. Oper. vol. V. p. 363.

Gravius argumentum c. 8 p. 330 e praebet, ubi legimus: *εἰ δὲ μὴ ταχέως ὁ δεῦρο καταπέμψας τὴν Ἀλεξάνδρου ψυχὴν ἀνεκαλέσατο δαίμων, εἷς ἂν νόμος ἅπαντας ἀνθρώπους διῳκεῖτο καὶ πρὸς ἓν δίκαιον ὡς πρὸς κοινὸν ἐπέβλεπον φῶς*.[1] Plutarchi prae ceteris geniorum et daemonum doctrinam fuisse pernota res est.[2] De geniis hominibus vel civitatibus tributis cf. Rom. 28 in. Arist. & Cat. comp. 2 f. Philop. 17. Pyrrh. 29. Mar. 46. Alex. 50. in. (Cliti). Caes. 69. Phoc. 30. Demosth. 3. 21. Anton. 33 m. Brut 40. Artax. 15 f. Galb. 10 f. de fort. Rom. 7 p. 319 e (Augusti). 11 p. 324 a (Pompei). 12 p. 324 d (reip. Rom.).

---

[1] Ita enim scribendum censeo, cum verba *διῳκεῖτο* (ita libri Bernardakisio teste, *διῴκηντο* Wytt., *διῳκοῦντο* Emper.) et *ἐπέβλεπον* miro librarii errore in codicibus mutata sint.

[2] Pohl Plutarchs Dämonologie. Progr. Vratisl. 1860.

Ad alteram declamationis partem his verbis traducimur (c. 9 in. p. 330 e): *δεύτερον δ' αὐτοῖ καὶ τὰς φωνὰς ἴδωμεν, ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἤθη βασιλέων καὶ δυναστῶν μάλιστα ταῖς φωναῖς αἱ ψυχαὶ προβάλλουσιν.* In his verbis manifesto et aperte Chaeronensis morem et consuetudinem comprehendimus, qui totiens declarat ex dictis et narratiunculis saepe melius mores virorum clarorum intellegi quam ex rebus ab eis gestis. Alex. c. 1 m. *οὔτε γὰρ ἱστορίας γράφομεν, ἀλλὰ βίους, οὔτε ταῖς ἐπιφανεσιάταις πράξεσι πάντως ἔνεστι δήλωσις ἀρετῆς ἢ κακίας, ἀλλὰ πρᾶγμα βραχὺ πολλάκις καὶ ῥῆμα καὶ παιδιά τις ἔμφασιν ἤθους ἐποίησε μᾶλλον ἢ μάχαι μυριόνεκροι κτλ.* Timol. 15 in. f. Cat. mai. 7 f. Nic. 1. Cat. min. 24 in. 37 f. Pericl. 24 f. Pelop. 25. de cohib. ira 9 p. 457 d.

In c. 10 p. 331 e sententiae illae insunt, quibus adductus Weberus optimo iure hanc orationem post vitam scriptam esse concludit. Nam quae de Aristotele et Anaxarcho dicuntur, ad ea pertinent, quae iam in vit. Alex. c. 7. 8. 52 plus minus accurate exposita sunt, ut facere non possim, quin Webero prorsus assentiar. Atque ut evidentius doceam orationis I verba a Plutarcho profecta esse, comparanda ea propono cum vit. Alex. c. 8 fine simillimo.

or. I. 10 m. p. 331 de.	vit. Alex. 8. f.
φιλοσόφου τοίνυν ἐστὶ ψυχῆς σοφίας ἐρᾶν καὶ σοφοὺς ἄνδρας θαυμάζειν μάλιστα· τοῦτο δ' Ἀλεξάνδρῳ προσῆν ὡς οὐδενὶ τῶν βασιλέων καὶ πῶς μὲν εἶχε πρὸς Ἀριστοτέλην, εἴρηται καὶ ὅτι τὸν μὲν ἁρμονικὸν Ἀνάξαρχον ἐντιμότατον τῶν φίλων ἐνόμιζε.[1] Πύρρωνι	*ὁ μέντοι πρὸς φιλοσοφίαν ἐμπεφυκὼς καὶ συντεθραμμένος ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ ζῆλος καὶ πόθος οὐκ ἐξερρύη τῆς ψυχῆς ὡς ἡ περὶ Ἀνάξαρχόν τε τιμὴ καὶ τὰ πεμφθέντα Ξενοκράτει πεντήκοντα τάλαντα καὶ Λάνδαμις καὶ Κάλαμος οὕτω σπουδασθέντες μαρτυροῦσιν.*

[1] Ita enim cum Dübnero interpungendum est.

δὲ τῷ Ἠλείῳ πρῶτον ἐντυχόντι μυρίους χρυσοῦς ἔδωκε, Ξενοκράτει δὲ τῷ Πλάτωνος συνήθει πεντήκοντα τάλαντα δωρεὰν ἔπεμψεν.

Ex hac sententiae congruentia satis apparere puto unum eundemque et vitam et orationem scripsisse, etsi discrepant loci de Dandamide et Calamo in vita, Pyrrhone in oratione appellatis, quod offensioni esse non potest. Primum enim Pyrrhonem Alexandri expeditioni interfuisse satis constat ex Diog. Laert. IX 61 atque hoc aliaque Plutarchum de hoc philosopho notissimo compertum habere potuisse, etsi de hac re praeterea verba non facit, nemo negabit. Tum vero in nominibus variatis haerendum non est, cum et cavendum sit, ne nimis angustis normis et regulis libertatem scriptoris coerceamus et postea in fine eiusdem capitis 10 or. I de philosophis Indis dicatur, etsi nomina non adduntur.

Adde, quod etiam in rebus enarrandis et componendis proprietatem vere Plutarcheam ut in aliis eius scriptis animadvertimus. Abundat enim poetarum versibus, narratiunculis, comparationibus, quae omnia perlustrare cum longum sit, duas res afferre iuvat. Ex narratiunculis Alexandri et Diogenis colloquium (c. 10 m) commemoratione dignum puto, quod longior explicatio sequitur, qua cur rex Diogenis vitam otiosam imitari non potuerit docemur; idem colloquium in lib. ad princ. inerud. c. 5 m. causa est, cur similem etsi pro illius scripti ratione paulo mutatam expositionem Plutarchus addiderit, qua in variatione haerendum non est. Verba sunt haec (p. 782 a): *ἵνα μὴ πάσχωμεν τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὃς ἐν Κορίνθῳ Διογένην θεασάμενος καὶ δι' εὐρυΐαν ἀγαπήσας καὶ θαυμάσας τὸ φρόνημα καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ἀνδρὸς, εἶπεν „εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην“· ὀλίγου δέων εἰπεῖν, τὴν περὶ αὑτὸν εὐτυχίαν καὶ λαμπρότητα καὶ δύναμιν ὡς κώλυσιν ἀρετῆς καὶ ἀσχολίαν βαρυνόμενος καὶ ζηλοτυπῶν τὸν τρίβωνα καὶ τὴν πήραν, ὅτι τούτοις ἦν ἀνίκητος καὶ*

ἀνάλωτος Διογένης, οὐχ ὡς ἐκεῖνος ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ σαρίσσαις. ἐξῆν οὖν φιλοσοφοῦντα καὶ τῇ διαθέσει γίγνεσθαι Διογένην καὶ τῇ τύχῃ μένειν Ἀλέξανδρον, καὶ διὰ τοῦτο γενέσθαι Διογένην μᾶλλον, ὅτι ἦν Ἀλέξανδρος, ὡς πρὸς τύχην μεγάλην πολὺ πνεῦμα καὶ σάλον ἔχουσαν ἕρματος πολλοῦ καὶ κυβερνήτου μεγάλου δεόμενον. — Inter comparationes una est rarior neque ita communis, quae cum etiam in praec. coniug. c. 45 simillima insit, dubium mihi non est, quin utraque a Plutarcho ipso scripta sit. Locos comparandos propono:

or. I 8 p. 330 c.	coniug. praec. 45. p. 144 de.
ζῷα θηρεύοντες ἄνθρωποι . . . φυλάττονται ταύροις ὀφθῆναι φοινικίδας ἔχοντες, ἐλέφασι δὲ λευκοὺς χιτῶνας· ἐρεθίζεται γὰρ ὑπὸ τῶν χρωμάτων τὰ ζῷα τούτων καὶ διαθηριοῦται.	*οἱ προσιόντες ἐλέφασιν ἐσθῆτα λαμπρὰν οὐ λαμβάνουσιν οὐδὲ φοινικίδας οἱ ταύροις· διαγριαίνεται γὰρ ὑπὸ τῶν χρωμάτων τούτων μάλιστα τὰ ζῷα.*

His argumentis a rebus et a compositione petitis, quae iam per se gravissima esse opinor, nonnulla adiungam de sermone huius orationis. Qua in re meum non esse puto accuratissime totum genus dicendi excutere et perscrutari; satis habeo res afferre, quae colorem Plutarcheum luculenter prae se ferunt.

or. I c. 1 in p. 326 d. *οὗτος ὁ τῆς Τύχης λόγος ἐστὶν ἴδιον καὶ μόνης αὐτῆς ἔργον ἀποφαινομένης Ἀλέξανδρον.* — Timol. 21 m. p. 246 d. *τὸ δὲ μηδὲ ἀποθανεῖν τινα μηδὲ τρωθῆναι τῶν Κορινθίων ἴδιον ἔργον αὐτῆς ἡ Τιμολέοντος ἐπεδείξατο τύχη.*

c. 1 m. p. 326 e: *τὴν ἡγεμονίαν, ἣν ὄνιον αἵματος πολλοῦ καὶ τραυμάτων ἐπαλλήλων κτώμενος . . . . ἴσχυεν.* — Marc. 18. *ἐκεῖθεν αὐτοῖς ἔφησεν εἶναι ποτὸν ὄνιον αἵματος.* de san. tuend. 24. p. 135 b *οὐ γὰρ ἀργίας ὄνιον ἡ ὑγίεια καὶ ἀπραξίας.* de tranq. an. 2 p. 465 c: *πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν καθίστησι, γιγνομένην ὄνιον ἀπραξίας.*

c. 1 f. p. 326 e. *πολεμίζων . . . . πρὸς ἀμάχους δυνάμεις καὶ ἄπειρα φῦλα καὶ ποταμοὺς ἀπεράτους καὶ*

πέτρας ἀτοξεύτους. Animadvertendum est omnia adiectiva ab *α* privativo incipere, qua de Plutarchi consuetudine infra accuratius agendum erit. — cf. *ἄμαχος κ. ἀήττητος* Alcib. 34. Marcell. 11. Caes. 26. de fort. Rom. 11. — *ἄμαχος κ. ἀναταγώνιστος* Phoc. 14. — *ἄμαχος κ. ἀνυπόστατος* Caes. 16. — *ἄμαχος κ. δεινός* Pyrrh. 30. Tib. Gr. 9. — *ἄμαχος κ. δυσεκβίαστος* Ages. 2. Cat. min. 29. — *ἄμαχος κ. δυσνίκητος* Camill. 39.

c. 2 in. p. 326 f. *... εἰπεῖν πρὸς τὴν Τύχην τοῖς κατορθώμασιν αὐτὴν ἐπιγράφουσαν.* — Timol. 36: *ἔφη τῷ Θεῷ χάριν ἔχειν, ὅτι βουλόμενος σῶσαι τὴν Σικελίαν ἐπεγράψατο τὴν αὑτοῦ προσηγορίαν.* Pomp. 31. *οὕτω γὰρ αὐτὸν ἐπιγράψαι Σερτορίῳ, Λεπίδῳ, τοῖς Σπαρτακείοις, τὰ μὲν Κράσσου, τὰ δὲ Μετέλλου, τὰ δὲ Κάτλου κατορθώκοτος.* de fort. Rom. 7 p. 319 e. *ἐπιγράψας ἑαυτῷ τὴν τύχην.* praec. reip. ger. 20 f. p. 816 e: *οἱ μεγάλοι καὶ δαίμονα καὶ τύχην τοῖς κατορθώμασι συνεπιγράφουσιν.*

c. 2 p. 326 f.: *κόσμει σεαυτὴν καὶ σεμνύνου βασιλεῦσιν ἀτρώτοις καὶ ἀναιμάκτοις.* — *ἄτρωτος κ. ἄδακρυς* de fort. Rom. 4 (318 b) *ἄτρωτος κ. ἀναίμακτος* de glor. Athen. 3 (347 d) — *ἄρρηκτος σιδήρῳ καὶ ἀπαθὴς τὸ σῶμα ... εἶτα καταδὺς ἄτρωτος ὑπὸ γῆν.* Stoic. abs. poet. dic. 1 p. 1057 a. — *οὐκ ἄτρωτός ἐστιν οὐδ' ἄνοσος οὐδ' ἀναλγής, ἄφοβος δὲ μένει καὶ ἄλυπος καὶ ἀήττητος καὶ ἀβίαστος* ibid. p. 1057 d. — *ἄτρωτος καὶ λόγοις ἀτρόσιτος* Alcib. 4. — *ἀφώτιστος κ. ἄτρωτος ὑφ' ἡλίου* de prim. frig. 17 p. 952 f. — *ἀναίμακτος κ. καθαρός* Rom. 12. Timol. 37. de mul. virt. 259 c. — *ἀναίμακτος κ. ἄψυχος* Symp. qu. IV 1, 1 p. 660 f.

c. 2 m. p. 327 a *οὓς ... τῷ Κύρου θρόνῳ ἐνίδρυσας.* Activum perraro legitur. — Symp. qu. IX 14,5 (p. 745 c) *ταῖς μὲν ἀιδίοις καὶ θείαις περιφοραῖς ἀντὶ τῶν Μουσῶν τὰς Σειρῆνας ἐνιδρύων.* qu. Plat. p. 1008 a. *ἡ φύσις, ὥσπερ κυβερνήτην ἐνιδρύσασα τῇ κειραλῇ τὸν λογισμόν.* (loc. inc.) *ἥλιον ἐν οὐρανῷ ἐνίδρυσεν ὁ Θεός.*

c. 3 m. p. 327 d: *ἀνερρήγνυντο δ' Ἰλλύριοι* (i. e. rebellabant). — Caes. 21. *ὁ κίνδυνος ἐφάνη μέγας, ἐθνῶν ἅμα τοσούτων ἀναρραγέντων,* ibid. c. 24 in. *πάντα μὲν*

ανθις ἀνερρήγνυτο τὰ τῶν Γαλάτων. simil. Cic. 19: *εἰς ἅπαν ἀναρραγήσεσθαι τόλμης.* Brut. 18. *ἀναρρηγνύμενοι πρὸς ὀργήν.*

c. 3 m. p. 327 d: *τὰ Σκυθῶν ἐπηωρεῖτο τοῖς προσοίκοις νεωτερίζουσι* i. e. impendebat. — Fab. Max. 5: *ἀεὶ μετέωρος ἀπὸ τῆς ἵππου τῶν πολεμίων ἐν τόποις ὀρεινοῖς στρατοπεδεύων ἐπηωρεῖτο.* cf. Tim. 2 in. Aem. Paul. 6. Pomp. 17 in.

c. 4 in. p. 327 e. *ἄβουλος καὶ προπετὴς .... ὁρμώμενος. — Θυμοῦ ἀλογίστου καὶ τάχος ἐχούσης ἄβουλον ὀργῆς μήτε τις ἐκεῖνον ἀπολυέτω* comp. Thes. & Rom. 3 in. — *προπετὴς καὶ λάμυρος* adv. Colot. 29 p. 1124 b.

c. 4 in. p. 327 f. *Ἀριστοτέλους τοῦ καθηγητοῦ. — καθηγητής* honestiore nomine dici pro *διδάσκαλος* iam Wyttenbachius docuit in Anim. I 418 ad p. 70 e, quod discrimen optime intellegitur ex vit. Alex. 5, ubi Leonidas, Alexandri cognatus, omnibus eius magistris praefuisse dicitur: *αὐτὸς μὲν οὐ φεύγων τὸ τῆς παιδαγωγίας ὄνομα καλὸν ἔργον ἐχούσης καὶ λαμπρόν, ὑπὸ δὲ τῶν ἄλλων διὰ τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν οἰκειότητα τροφεὺς Ἀλεξάνδρου καὶ καθηγητὴς καλούμενος. ὁ δὲ τὸ σχῆμα τοῦ παιδαγωγοῦ καὶ τὴν προσηγορίαν ὑποποιούμενος ην Λυσίμαχος.* — Hanc vocem *(καθηγητής)* postera demum aetate usitatam Plutarchum valde adamasse his locis demonstratur: Cic. 26 f. de adul. & am. 31 (70 e) 32 (71 c) de prof. in virt. 16 (85 d): *ὥστε καὶ δάκνεσθαι πατρὸς τεθνεῶτος ἢ καθηγητοῦ μεμνημένον.* coniug. praec. 48 p. 145 c: *καθηγητὴς καὶ φιλόσοφος καὶ διδάσκαλος.* Symp. qu. I 2,4 (617 e) VIII 1,1 (717 b) VIII 2,4 (719 f). de comm. not. Stoic. 22 (1069 a) non posse suav ... 18 (1100 a). Similis est *καθηγεμών* Dion. 1.

c. 5 m. p. 328 e: *τῆς ἀνημέρου καὶ θηριώδους ἐκράτησε διαίτης.* — cf. *ἀνήμερος κ. θηριώδης* Mar. 6. — *θηριώδης, ἄπορος κ. ἀνήμερος βίος* de util. inim. 2 (86 d). — *ἀνήμερος καὶ ἄμικτος* Pomp. 28. — *ἄμικτος κ. θηριώδης* Pyrrh. 9. — *θηριώδης κ. ἄγριος καὶ ἄμικτος* adv. Colot. 30 (1124 e). — *θηριώδης κ. ἄγριος δίαιτα* Num. 19. de superst. 6 (167 d) — *ἄγριος κ. θηριώδης κ. δυσμεταχεί-*

ριστος de adul. & am. 19 (61 c). — *ὠμὸς κ. θηριώδης* Pericl. 10.

c. 6 in. p. 329 a: *τοῦ τὴν Στωϊκῶν αἵρεσιν καταβαλομένου Ζήνωνος (αἵρεσις* = secta). — Symp. qu. V, 1, 1 (673 c): *συνεδείπνουν δ' οὐκ ὀλίγοι τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως* (scil. *Ἐπικούρου).* de comm. not. Stoic. 27. (1072 f.) non posse suav. 1. (1086 c).

c. 8 in. p. 330 a: *τὴν μὲν αὐτόχρουν χλαμύδα θαυμάζειν.* cf. qu. Rom. 26 (270 f) *τὸ δ' αὐτόχρουν μέλαν οὐχ ὑπὸ τέχνης, ἀλλὰ φύσει βαπτὸν ἐστιν.* Haec vox praeterea non exstat.

c. 8 m. p. 330 bc ..... *ἔθνη δυσκάθεκτα ... συνήθεσιν ἐξεπράϋνε διαίταις καὶ κατέστελλεν.* — de adul. & am. 37 (74 d): *λόγοις ἐπιεικέσιν ἐκπραΰνουσι καὶ διαχέουσιν.* de mul. virt. 244 a: *ἐξεπράϋναν τῷ τρόπῳ τῆς φιλοφροσύνης.*

c. 8 m. p. 330 c. *τῷ τυχόντι μετασχηματισμῷ τὴν Ἀσίαν ἐδημαγώγησεν.* — Symp. qu. VI 2, 1 (687 c): *ἐνδεὶς γὰρ οὐ γίγνεσθαι τὸ δίψος, ἀλλὰ πώρων τινῶν μετασχηματισμῷ.* ibid. 2, 2 (688 f): *ὁ γὰρ δὴ λεγόμενος τῶν πώρων μετασχηματισμὸς οὗτος ...* Vocabulum alias non obvium.

c. 9 m. p. 330 f. *τίς οὐκ ἂν εἵποι τῶν ἀποφθεγμάτων τούτων τῷ μὲν ἀποραίνεσθαι φιληδονίαν, τῷ δ' ἀθεότητα, τῷ δ' ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν;* Verba *φιληδονία* et *ἀθεότης* apud alios raro leguntur, a Plutarcho valde adamantur. *φιληδονία:* Sull. 2. comp. Dem. & Ant. 4. Galb. 19. de aud. poet. p. 21 c. de prof. in virt. 11 p. 82 b: *τὰ δ' ἐντὸς αἴσχη τῆς ψυχῆς καὶ τὰ περὶ τὸν βίον ἐγχρίμματα καὶ μικρολογίας καὶ φιληδονίας καὶ κακοηθείας καὶ φθόνους ὥσπερ ἕλκη προστέλλων καὶ ἀποκρύπτων οὐδένα θιγεῖν οὐδὲ προσιδεῖν ἐᾷ.* de san. tuend. 6 (124 f) 9 (126 e) 11 (127 e) coniug. praec. 7 (139 b) de es. carn. II, 1 (996 e). de Stoic. rep. 33 (1049 e): *τὸν μὲν φιληδονία, τὸν δὲ πλεονεξία, τὸν δὲ φιλοδοξία τις ἢ φιλαρχία συρρήγνυσιν.* ibid. 34 (1050 d) *σχέσεις αἱ κακίαι καὶ τὰ νοσήματα, φιλαργυρίαι, φιληδονίαι, φιλοδοξίαι, δειλίαι, ἀδικίαι.* adv. Colot. 13 (1113 f).

ἀθεότης (saepe opponitur *δεισιδαιμονίᾳ*): de adul. & am. 25(66d). de superst. 1(164e). 2(165d). 5(167a). 6(167e). 9 (169d). 12 (171a). 14 (171f). amat. 13 (757b). non posse suav. 19(1100c): *ἀδοξότερον δ' ἀφιλίας, ἀπραξίας, ἀθεότητος, ἡδυπαθείας, ὀλιγωρίας οὐθέν ἐστι.* ibid. 20 (1101b). adv. Col. 30 (1125b).

c. 11 m. p. 332d: *μία ἀρετὴ πρωταγωνιστεῖ πράξεως ἑκάστης.* Ut saepe Plutarchus comparationibus a scena petitis utitur, ita etiam hoc artis vocabulum in usum suum convertit. Timol. 31: *αὐτὸς ἕκαστος ἠξίου πρωταγωνιστεῖν.* de mus. 30 (1141d): *συμβεβήκει τοὺς αὐλητὰς παρὰ τῶν ποιητῶν λαμβάνειν τοὺς μισθούς, πρωταγωνιστούσης δηλονότι τῆς ποιήσεως, τῶν δ' αὐλητῶν ὑπηρετούντων τοῖς διδασκάλοις.*

c. 12 m. p. 333b: *ἡ γὰρ φύσις ἀγωγός ἐστιν ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὸ καλόν.* Adiectivum *ἀγωγός* quamquam etiam apud alios legitur, tamen prae ceteris Plutarchi esse videtur. Pericl. 1: *ταῦτα δ' ἐστὶν ἐν τοῖς ἀπ' ἀρετῆς ἔργοις, ἃ καὶ ξῆλόν τινα καὶ προθυμίαν ἀγωγὸν εἰς μίμησιν ἐμποιεῖ τοῖς ἱστορήσασιν.* philos. c. princ. 1 (776c): *ἐπιτίθησι . . . κρίσεις ἀγωγοὺς ἐπὶ τὰ ὠφέλιμα.* de Stoic. rep. 47 (1056e). adv. Col. 13 (1113f): *οὐ τοῦ καλοῦ τὸ ἀγωγὸν ἐφ' αὑτὸ καὶ δι' αὑτὸ τίμιον ἀφεῖλεν.* ibid. 26 (1122b). cum genetivo coniungitur: Lyc. 5: *δύναμις ἀνθρώπων ἀγωγός.* Coriol. 32. Pomp. 53. Cat. min. 5. de aud. poet. 7 (25b). per se ponitur: Crass. 7. de aud. poet. 1 (15f). praec. ger. reip. 3. (799b). 6 (803a). 31 (823a).

c. 12 m. p. 333c: *οἱ δὲ φιλόσοφοι τῶν πολλῶν διαφέρουσι τῷ τὰς κρίσεις ἔχειν ἐρρωμένας παρὰ τὰ δεινὰ καὶ πεπηγυίας* et paulo post: *ἀλλὰ θραύουσιν οἱ καιροὶ παρὰ τὰ δεινὰ τοὺς λογισμοὺς καὶ τὰς κρίσεις ἐκκρούουσιν αἱ φαντασίαι τῶν κινδύνων ἐγγὺς γενομένων.* — Lyc. 21: *καὶ γὰρ ἐν ταῖς μάχαις προεθύετο ταῖς Μούσαις ὁ βασιλεὺς ἀναμιμνήσκων, ὡς ἔοικε, τῆς παιδείας καὶ τῶν κρίσεων, ἵνα ὦσι πρόχειροι παρὰ τὰ δεινὰ καὶ λόγου τινὸς ἀξίας παρέχωσι τὰς πράξεις τῶν μαχῶν.* Aem. Paul. 12. *τοῦ δὲ πολέμου καὶ τῆς στρατηγίας αὐτοῦ τὸ μὲν τόλμης ὀξύτητι, τὸ δὲ βουλεύμασι χρηστοῖς, τὸ δὲ φίλων ἐνθύμιοις ὑπηρε-*

σίαις, τὸ δὲ τῷ παρὰ τὰ δεινὰ θαρρεῖν καὶ χρῆσθαι λογισμοῖς ἀραρόσιν ὁρᾶν διαπεπραγμένον οὐκ ἔχω τῇ λεγομένῃ τοῦ ἀνδρὸς εὐτυχίᾳ λαμπρὸν ἀποδοῦναι καὶ διάσημον ἔργον κτλ. Pelop. 9. *θαρρεῖν παρὰ τὰ δεινά.* ibid. 24. comp. Pelop. & Marc. 3: *μήτε χρείας μεγάλης ἐπικειμένης μήτε τοῦ παρὰ τὰ δεινὰ πολλάκις ἐξιστάντος τὸν λογισμὸν ἐνθουσιασμοῦ παρεστῶτος.* Pomp. 51. *παρ' αὐτὰ τὰ δεινά.* Brut. 14. *μάλιστα τῶν ἀνδρῶν τὸ ἀπαθὲς καὶ παρὰ τὰ δεινὰ καθεστηκὸς ἐθαύμασεν.* de gen. Socr. 1 (575 c): *τὸν δὲ φιλότιμον καὶ φιλόκαλον τῶν ὑπὲρ ἀρετῆς ὥσπερ τέχνης μεγάλης ἀπειργασμένων θεατὴν τὰ καθ' ἕκαστα μᾶλλον εὐφραίνειν· τῷ μὲν τοῦ τέλους πολλὰ κοινὰ πρὸς τὴν τύχην ἔχοντος, τὸν δ' ἐν ταῖς αἰτίαις καὶ τοῖς ἐπὶ μέρους ἀγῶνας ἀρετῆς πρὸς τὰ συντυγχάνοντα καὶ τόλμας ἔμφρονας παρὰ τὰ δεινὰ καθορῶντα καιρῷ καὶ πάθει μεμιγμένου λογισμοῦ* (Locum corruptum secundum Bernardakisium attuli, quamquam num iam omnia plana sint dubito). Gryll. 4 p. 988 d *ὑμῖν δὲ προσμιγνύμενος πρὸς τὸν λογισμόν* (scil. *ὁ θυμός*), *ὥσπερ οἶνος πρὸς ὕδωρ, ἐξίσταται παρὰ τὰ δεινὰ καὶ ἀπολείπει τὸν καιρόν.*

Ex his argumentis satis apparere persuasum habeo orationem I re vera a Plutarcho ipso profectam esse, quod priusquam ad alteram accederem, demonstrandum erat cum propter Kaerstii scrupulum tum, quod in altera declamatione perscrutanda et cum priore comparanda hanc genuinam pono.

Altera parte, quae brevi ex eisdem aedibus Vogtianis prodibit, Weberi argumenta a rebus petita, quibus commotus orationem alteram spuriam censuit, refutare et ordinem harum declamationum vehementer perturbatum esse demonstrare studui. Huic dissertationi inaugurali tertiam tantum partem totius opusculi insero, quae de genere dicendi or. II est.

Initium facio a verbis, quibus scriptor in hac oratione utitur, percensendis atque primum ea affero, quae aut a Plutarcho praeterea non adhibentur aut nisi hoc uno or. II loco non leguntur. Hoc quamquam primo obtutu contra eum pugnare videtur, tamen considerandum est, eiusmodi argumenta satis lubrica et fallacia esse, cum maxima pars litterarum Graecarum misere interciderit, ut, quam saepe verbum quoddam adhibitum sit aut a scriptoribus aut in sermone cotidiano certo constitui non possit; quin etiam ne omnia quidem Plutarchi opera nobis tradita sunt. Tum vero Wyttenbachi Indici fides habenda non est, qui quam non sufficiat et constat et ipse permultis locis expertus sum. Accedit libertas scriptoris verba in usum suum fingendi, quod haud raro Plutarchum fecisse constat. Sed ne quis his rationibus non convictus propter haec verba orationem II a Chaeronensi abiudicet, ea enumerabo additis eis, quae etiam in or. I et exempli gratia in libro de ser. num. vind. singularia leguntur, unde has or. II voces nullo modo contra Plutarchum certare apparet. Verba, quae *ἅπαξ εἰρημένα* vocantur, asterisco notavi; moneo ea nullo pacto inaudita et contra leges linguae Graecae conformata esse, quod exemplis nonnullis allatis comprobavi.

or. II.

αἰτητικός c. 2 p. 334 e.

ἀναβάδην c. 3 p. 336 c. Ex Ctesia sive Duride desumptum, cf. Athen. XII, p. 529 a.

*ἀνδροποιός c. 2 p. 334 f.—cf. *ἀνθρωποποιός*, *παιδοποιός*, *τεκνοποιός*.
ἀνιδρωτί c. 9 p. 340 e.
**ἀντιτέρπω* c. 1 p. 334 a. Fortasse a Plutarcho ficta non est, cum in narratiuncula sit.
ἀσπαίρω c. 4 p. 336 f.
ἐκμοχθέω c. 11 p. 341 f. Ex poetarum usu desumptum.
ἐμπλανάομαι c. 4 p. 336 f.
ἐπικατασκάπτω c. 13. p. 344 f.
ἐποχέομαι c. 3 p. 336 c. Locus corruptus, melius videtur Corais coniectura: *ἐποχέομαι*.
εὐγήρως c. 13 p. 343 c.
εὐποιΐα c. 12 p. 342 f.
θεσμοθετέω c. 8 p. 340 c.
**κοίνωμα* c. 5 p. 338 b. In Plutarchum non cadit, cum in versu Dionysi legatur.
κυβεία c. 5 p. 338 c.
μεταμφιέζω c. 8 p. 340 e. Forma *μεταμφιέννυμι* praeterea apud eum exstat: vit. Nic. 3. Demetr. 44. — *μεταμφιάζω*: Diod. Sic. XVI 11. Luc. Hermot. 86. Gall. 19. — sed *ἀμφιέζω* apud Plutarchum ipsum: vit. C. Gracch. c. 2.
μισαλέξανδρος c. 13. p. 344 b.
**ὀρθοπαγής* c. 8 p. 340 c. — Sull. 17: Ὀρθόπαγος collis nomen. — cf. *ἀμφιπαγής*, *εὐπαγής*, *προπαγής*, *συμπαγής*, *ὑπερπαγής*.
πελώριος c. 10 p. 341 e. Ex poetarum usu desumptum.
περιγράφω = deleo c. 1 p. 334 c.
περιθλάω c. 9 p. 341 a.
περικομίζω c. 11. p. 342 a.
πρασία c. 8 p. 334 c.
προσδρομή c. 13 p. 344 a.
**σινδονίσκη* c. 8 p. 340 d = pannus. Bernardakis praebet: *ἐν εὐτελεῖ σινδόνι*; ex codicibus?
σπάργανον c. 5 p. 339 d. — cf. *σπαργανόω* ibid. Lycurg. 16. qu. Rom. 5 p. 265 a. Symp. qu. VI 6, 1 p. 691 c.
ταπεινόφρων c. 4 in. p. 336 e.
τύφλωσις c. 4. p. 336 f.

ὑπερκαταβαίνω c. 13 p. 344 d.
ὑποψοφέω c. 3 p. 336 c.

or. I.

ἄθεσμος = legibus carens. c. 4 p. 328 b.
ἀναμέλπω c. 7 p. 329 e. Ex poetarum usu desumptum.
ἀνατυπόομαι c. 6 p. 329 b. c. 10 p. 331 d.
ἀνήλιος c. 8 p. 330 d. Ex poet.
ἄορνος (adiect.) c. 3 p. 327 e.
ἀπέρατος c. 1 p. 326 e.
ἅρπαγμα c. 8 p. 330 d.
ἄσοφος c. 8 p. 330 a.
**ἀτόξευτος* c. 1 p. 326 e.
αὐτοματισμός c. 11 p. 332 c.
**γυμνῆτις (σοφία)* c. 10 p. 332 b.
**διαθηριόομαι* c. 8 p. 330 b.
**ἐγκτίζω* c. 4 p. 328 b. c. 5 p. 328 e (*ἐπικτίζοντες* libri).
ἐγχορεύω c. 10 p. 332 b.
**ἐμπολίζω* = coloniis exornare. c. 5 p. 329 a. Certa Duebneri coniectura effectum ex *ἐμποδισθείς*.
**ἐπισπαίρω* c. 3 p. 327 c.
καταβάλλομαι = condo c. 6 p. 329 a.
νυμφαγωγία c. 7 p. 329 d.
νυμφαγωγός c. 7 p. 329 e.
ὁμόγλωσσος c. 5 p. 328 b.
παραχαράττω (τὸ νόμισμα) c. 10 p. 332 c.
χειροκρασία c. 11 p. 332 c.

de ser. num. vind.

ἀναπολέω c. 11 p. 556 b.
ἀνοσιουργέω c. 11 p. 556 e.
ἀντίφραγμα c. 14 p. 558 d.
ἀρχαΐζω c. 13 p. 558 a.
δρακοντώδης c. 6. p. 551 f.
ἐκποίητος c. 21 p. 562 f.
ἐξορισμός c. 2 p. 549 a.
ἐπιγάστριον c. 16 p. 559 f.
ἐπίγειος c. 22 p. 566 d.
ἑτεροιόω c. 15 p. 559 c.
εὐμετάπτωτος c. 11 p. 556 d.
ἔχις c. 22 p. 564 d.
θεοξένια c. 13 p. 557 f.
ἰλυσπάω c. 22 p. 567 b.
ἰός c. 22 p. 565 c.
κατα(ι)βασία c. 10 p. 555 a.
κλωστήρ c. 14 p. 558 d.
μαλακιάω c. 16. p. 559 f.
μαστιγονόμος c. 7 p. 553 a.
μεγαλωφελής c. 7 p. 553 d.
μελανοφορέω c. 12 p. 557 d.
νυκτερίς c. 22 p. 567 e.
ὀνησίφορος c. 11 p. 555 f.
ὄρφνιος c. 22 p. 565 c.
περιζέω c. 22 p. 567 c.
περιψόφησις c. 3 p. 549 c.
πεττεύω c. 9 p. 554 d.
πολυγέλως c. 6 p. 552 a.
προεξανθέω c. 6 p. 522 d.
προσεκτυφλόω c. 12 p. 557 c.

προσιζάνω c. 6 p. 551 d.
προσόμοιος c. 17 p. 560 b.
*προστευστός c. 22 p. 565 b.
προστροπή c. 17 p. 560 e.
ῥαβδίον c. 22 p. 568 a.
σκαρδαμύττω c. 22 p. 564 d.
σκολοπένδρα c. 22 p. 567 b.
στεφανηφορία c. 13 p. 558 b.
συγγενάω c. 9 p. 554 a.
συγκαταλαμβάνω c. 7 p. 552 f.
σύγχροος c. 22 p. 565 d.
σύναψις c. 14 p. 558 f.
ὑδερός c. 14 p. 558 d.
*ὑπαμπέχω c. 20 p. 562 b.
ὑποκάθημαι c. 11 p. 556 b.
φιλεργός c. 6 p. 552 a.
ψυχοπομπεῖον c. 10 p. 555 c.

Videmus igitur in eo haerendum non esse, quod magnus, ut videtur, numerus verborum or. II a Plutarcho praeterea non adhibetur, cum idem ut apud alios scriptores ita etiam in aliis eius libris occurrat. Sed ut apertius doceam Chaeronensem hanc or. II composuisse voces nonnullas recensere liceat, quae etsi in aliorum quoque scriptis disperse leguntur, tamen praecipue a Plutarcho ponuntur et adamantur, ut pro eius auctoritate pugnent. Omnes locos accurate afferre opus non est; sufficiat eorum multitudinem brevissime significare, cum Index Wyttenb. singulos numeros accuratos praebeat.

ἀήττητος c. 4 in. p. 336 f. fere 40 locis.
ἄμυνα c. 3 in. p. 336 a. 21 locis.
ἀνάμιξις c. 6 in. p. 338 d. 10 locis; perraro apud alios.
διαφλέγω c. 2 p. 335 a. Alcib. 39. Mar. 16. apud alios non legitur nisi postera demum aetate.
δυσεκβίαστος c. 10 p. 341 e. cf. Wytt. Anim. II 133 ad p. 127 a.
ἐμπαθής c. 1 p. 334 a. Hanc vocem in deliciis habet prae ceteris Plutarchus. 24 locis occurrit.
ἐξαναφέρω c. 10 p. 341 f. 10 locis. cf. Wytt. Anim. II 496.
λεοντώδης c. 2 p. 335 c. — Fab. Max. 1. Alex. 2. Plutarchum perquam adamare verba in — *ώδης* vel — *ειδής* exeuntia iam Dinsius[1]) animadvertit; cuius consuetudinis etiam in hac oratione complura exempla praeter modo commemoratum exstant:
θυμοειδής c. 7 p. 339 f.

[1]) M. Dinse, de libello Plutarchi *Γυναικῶν ἀρεταί* inscripto. Berol. 1863, p. 13.

μορφοειδής c. 2 p. 335 d, quod praeterea omnino non legitur nisi apud Plut. Symp. qu. VIII, 10,2 p. 735 a.
ναρκώδης c. 13 f. p. 345 b. 4 locis.
φλογοειδής c. 13 in. p. 343 e. 8 locis.
οἴνωσις c. 5 p. 337 f. 6 locis.
ῥέμβομαι c. 4 in. p. 336 f. 8 locis.
σκίρτησις c. 10 p. 341 f. 2 locis. — cf. *σκίρτημα*, quod ex poetis desumptum 3 locis Plutarcheis legitur.
σφυγμός c. 4 m. p. 337 a. 15 locis. Ex medicorum arte desumptum. cf. *σφυγματώδης* non posse 3 f. p. 1088 d. *ἄσφυκτος* de sanit. tuend. 19 p. 132 d. cf. Wytt. Anim. II 153.[1])

His vocibus, quae cum studio quodam a Plutarcho usurpantur, alias adiungere liceat, in quibus fortasse non tam illius quam illorum temporum consuetudo cognosci debet. In animo habeo voculas antiquis temporibus nisi a poetis non adhibitas, quae, nisi fallor, pedetemptim in sermonem vulgarem aut certe pedestris sermonis scriptorum dictionem irrepserant ex usu versuum, qui tamquam proverbia circumferebantur. Tantum constat Plutarchum eiusmodi verbis saepissime usum esse, ut erat vir plurimae lectionis et poetarum peritissimus; quam consuetudinem cum etiam in hac oratione deprehendamus, non dubito eas voculas argumenti loco breviter percensere, praesertim cum saepius in eius scriptis legantur.

ἀδάκρυτος c. 9 p. 341 a. 3 locis.[2]) — Hom. Il. I 415. Od. IV, 186. XXIV, 61. Soph. Antig. 881. Trach. 107. 1190. Eurip. Hec. 600. Troad. 603. cf. *ἄδακρυς* & *ἀδακρυτί*, quod et ipsum apud Plutarchum habemus. cf. Wytt. Ind. s. v.

ἀναίμακτος c. 8 p. 340 b. — 6 locis. — cf. Aesch. Suppl. 196. Eur. Rhes. 222. Nic. Ther. 90. Leon. Alex. 19 (Anthol. VI, 324).

---

[1]) Ne forte quis me multitudine locorum commotum (neque semper multi sunt) haec verba propria Plutarchi posuisse putet, iterum monendum videtur has voces apud alios perraro legi, quod accuratius explicare hoc loco non possum.

[2]) De locis Plutarcheis iterum ad Wytt. Ind. relego.

ἀναιμωτί c. 9 in. p. 340e. — 4 locis. — Hom. Il. XVII, 363. Od. XVIII, 149.

διαπείρω c. 13 m. p. 343f. — 6 locis. — Il. XVI, 405. Eur. Phoen. 26.

διατρέω c. 13 m. p. 343e. — 4 locis. — Il. XI, 481. 486. XVII, 729.

ἐκμοχθέω c. 11 p. 341f. — Aesch. Prom. 827. Eurip. Iph. T. 1454. Electr. 307. Suppl. 451.

θιγγάνω c. 10 p. 341d. — 32 locis. — Pind. J. I, 18. Aesch. Sept. 44. Sop. O. R. 760 alias; perraro in pedestri sermone Atticorum: Xen. Cyrop. VI 4,9.

πελώριος c. 10. p. 341e. — Hom. Il. V 395 aliique poetae.

πήδημα c. 13 in. p. 343e. — 5 locis (accedit ad Wyttenbachii locos: de tranqu. an. 16 p. 474e) — Aesch. Pers. 297. Agam. 800. Soph. Ai. 820. Eurip. Hipp. 829. El. 861.

ὑπερείπω c. 10 in. p. 341c. — 9 locis (cf. Wytt. Anim. I, 422) Hom. Il. XIII, 691.

ψυχορραγέω c. 4 m. p. 337a. — 2 locis. — Eur. Alc. 141. Herc. fur. 324. Apoll. Rhod. II, 833.

ὠκύμορος c. 13 in. p. 343c. — 2 locis. — Hom. Il. I, 505 saepius.

Sed ne in verborum usu haereamus, argumento satis lubrico, uti iam dixi, neque semper certo, transeo ad proprietates quasdam Plutarchi, quae aut in rebus grammaticis et syntacticis positae sunt aut his apte inseri possunt.

c. 1 p. 333e. *χρόνοις ὕστερον.* — qu. Rom. p. 273 b *ὕστερον δὲ χρόνοις.* Thes. 6. *ὕστερον χρόνοις πολλοῖς.* de virt. mul. p. 245b. de ser. num. vind. 2 p. 548 f. *χρόνοις ὕστερον πολλοῖς.*

c. 1 p. 334a: *ἐμπαθέστερον ὑφ' ἡδονῆς διετέθη πρὸς τὸν οἶκτον.* — Cic. 6. *τό γε χαίρειν ἐπαινούμενον διαφερόντως καὶ πρὸς δόξαν ἐμπαθέστερον ἔχειν ἄχρι παντὸς αὐτῷ παρέμεινεν.*

c. 1 p. 334a: *Ῥᾶττον ἢ βάδην ἀπήει.* — Symp. qu. VIII 6, 1. p. 726a. *Ῥᾶττον γὰρ ἢ βάδην ἐπειγόμενον, ὅταν βραδύνῃ, φαίνεσθαι.* amat. 26 p. 771d: *ὀρθῆναι δὲ προσιόντα Ῥᾶττον ἢ βάδην πρὸς αὐτοὺς ἕνα.* Fab. Max. 24: *Ῥᾶττον ἢ βάδην πρὸς τὸν υἱὸν ἐπειχθείς.* Ages. 4: *Ῥᾶττον ἢ βάδην ἐπειγόμενος.*

c. 1 p. 334c: *τίς ἂν οὖν παρὰ τοιούτοις βασιλεῦσιν αὔξησις ἢ τιμὴ τέχνης γένοιτο καὶ Μούσης τοιαύτης;* — Hunc pronominis *τοιοῦτος* usum pleonasticum prorsus colorem Plutarcheum prae se ferre iam Wyttenb. docuit in Anim. I 120, ad quem relegare satis habeo. Etiam in or. I pronomen *τηλικοῦτος* in similem modum usurpatur: c. 2f. *ἐμὲ δ' ἡ Τύχη μόνον συνεῖρξεν οὐδὲ λαμπροῖς ἀνταγωνισταῖς, ἀλλὰ βαρβάροις ἀσήμοις χαριζομένη τηλικοῦτον ἔργον.* c. 4 in.: *ἆρ' οὐκ οὖν . . . Ἀλέξανδρος ἐπὶ τὴν τηλικαύτην δύναμιν ὁρμώμενος;*

c. 2 p. 335b: *ὡς ἔοικε* = ut fertur. idem in c. 4 p. 337a, qua in formula prae ceteris color Plutarcheus cognoscitur, cf. Wyttenb. Anim. II 480, cuius exemplis permulta addere possum, velut Pomp. 11 m. de fort. Rom. 10 p. 323d. Arist. 3f. 5mf. 7f. Cat. mai. 1 m. 14 m. de ser. num. vind. 1 p. 548c aliaque.

c. 2. p. 335d. *ὁ γὰρ Θρᾴκιος Ἄθως, ᾗ μέγιστος αὐτὸς αὑτοῦ καὶ περιφανέστατος ἐξανέστηκεν κτλ.* — Superlativum cum pronomine reflexivo positum atticae elegantiae esse Wytt. Anim. I 284 docet compluraque huius usus exempla ex Plutarcho desumpta affert: Nic. 1. Ages. 26. 32: *ἐρρύη δὲ πλεῖστος ἑαυτοῦ καὶ μέγιστος τότε ὁ Εὐρώτας.* Sull. 8. de virt. mul. 261f.

c. 3 p. 336a: *διὰ τοῦτό φασι καὶ τὴν φύσιν ἀγεννεστάτῳ ζῴῳ τῷ ἐλάφῳ κέρατα . . . . ἐμφῦσαι.* — Cat. mai. 8 f. *φύσει τοῦτο τὸ ζῷον ὁ βασιλεὺς σαρκοφάγον ἐστίν.*

c. 3 m. p. 336bc: *ὅτι δὲ νοῦς ὠφελεῖ . . . . ἀπὸ τῶν πραγμάτων λαβεῖν ἐστιν.* — Symp. qu. I 1, 4 in. p. 614a. *οἶμαι δὲ διηγήσεων εἶναί τι συμποτικὸν γένος, ὧν τὰς μὲν ἱστορία δίδωσι, τὰς δ' ἐκ τῶν ἀνὰ χεῖρα πραγμάτων λαβεῖν ἐστιν.*

c. 4 p. 337a: *Περδίκκαις καὶ Μελεάγροις καὶ Σελεύκοις καὶ Ἀντιγόνοις.* c. 11 p. 342a. Hercules iussus erat: *Ἀνταίους κολάζειν καὶ Βουσίριδας παύειν μιαιφονοῦντας.* — c. 13 p. 344d. *Λιμναῖοι γὰρ καὶ Πτολεμαῖοι καὶ Λεοννᾶται . . . τεῖχος ἀρετῆς ἦσαν.* Nomina propria numero plurali ponuntur, quamquam singularem exspectamus, eodem fere modo, quo in lingua Latina. Hic usus latissime patet apud Plutarchum; quem nonnullis exemplis comprobare liceat. de Alex. or. I 2 p. 326f: *ἐκεῖνοι γὰρ εὐτυχεῖς ἦσαν, Ὦχοι καὶ Ἀρταξέρξαι.* ib. 5 in. p. 328c: *ἀλλὰ Κριτίαι καὶ Ἀλκιβιάδαι καὶ Κλειτοφῶντες . . . . . ἄλλῃ τῇ παρετράπησαν.* de fort. Rom. 3 p. 317d: *Φαβρίκιοί φασιν εἶναι καὶ Κάμιλλοι καὶ Πούκιοι καὶ Κικιννᾶτοι καὶ Μάξιμοι Φάβιοι καὶ Κλαύδιοι Μάρκελλοι καὶ Σκιπίωνες.* c. 9 p. 321c: *Ηηλεῖς καὶ Ἀγχῖσαι καὶ Ὠρίωνες καὶ Ἡμαθίωνες.* c. 12 p. 325f: *παρέσχε . . . . τοὺς μεγάλους ἐκείνους ἀριστεῖς καὶ ἡγεμόνας Μαλλίους καὶ Σερουίους καὶ Ποστουμίους καὶ Παπιρίους.* de glor. Athen. 1 p. 345e: *οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἱστορικοί, Κλειτόδημοι, Λίνδιοι, Φιλόχοροι, Φύλαρχος κτλ.*, ubi mutatio numerorum animadvertenda est. c. 6 in. p. 348f *τραγικοὶ δ' αὐτοῖς ὑποκριταὶ καὶ Νικόστρατοι καὶ Καλλιπίδαι καὶ Μηνίσκοι καὶ Θεόδωροι καὶ Πῶλοι συνίτασαν.* c. 8 p. 350c: *τοὺς Ἰσοκράτεις καὶ Ἀντιφῶντας κ. Ἰσαίους.* de Pyth. orac. 25 p. 407b. de sera num. vind. 6 p. 552c.

c. 5 p. 338b: *καίτοι τί ἂν περὶ τούτων λέγοι τις, οἷς ἐξῆν δι' Ἀλέξανδρον μέγα φρονεῖν, ὅπου καὶ Κλέαρχος Ἡρακλείας τύραννος γενόμενος σκιμπτὸν ἐφόρει; ὅπου* „quoniam, quandoquidem“ rarius apud alios legitur, apud Plutarchum persaepe velut: Rom. 25. Arist. 1 f. 27 f. comp. Arist. & Cat. mai. 3. Camill. 6. de glor. Ath. 3. de def. orac. 43. qu. Symp. I 5, 1. de vit. aer. al. 8.

Ad has proprietates accedunt aliae in particularum usu positae. Primum nullum exemplum inveni, ubi particulae *τε καί* ita se excipientes in hac oratione legantur, quod Plutarchum satis accurate evitasse K. Fuhrius demonstravit (cf. Mus. Rhen. vol. 33. p. 586). — Deinde in c. 12 p. 343a haec scripta videmus: *ὁ δὲ* (scil. Alexander) *καὶ πρὶν ἢ γῆμαι τῶν ἁλισκομένων ἀπείχετο,* quod cum Plu-

tarchi consuetudine optime congruit. H. Heinzius[1]) enim docuit eum semper coniunctis πρὶν ἤ usum esse, nisi ubi hiatus evitandi causa illud ἤ omittendum erat. — Maioris autem momenti est, quod etiam in particularum οὐ & μή usu in hac oratione obvio color Plutarcheus luculenter perspicitur. Has voculas quemadmodum ille adhibuerit cum accuratissime Stegmannus exposuerit omniaque exempla attulerit[2]), brevissime tantum graviora perstringam. Adamat enim Chaeronensis particulam μή cum participio coniunctam, ubi attici scriptores particula οὐ uti solebant:[3]) c. 5 p. 338a: *ὁ δὲ ἦν μέγας . . . . καὶ μὴ μεθυσθεὶς μηδὲ βακχευθεὶς ὑπ' ἐξουσίας δυνάμεως.* c. 7 p. 339 c: *ἐλήφθη μηδὲν κακὸν ἔχων.* c. 7 p. 339 c: *ὡμολόγησε . . . . . συνακολουθεῖν ἐπὶ θάλασσαν ἀπιούσῃ μὴ δυνάμενος ἀπολειφθῆναι.* c. 13 p. 345 b: *. . . τοὺς δὲ λιποτάκτας ἀπεκάλει μὴ τολμῶντας αὐτῷ βοηθεῖν.* — Deinceps apud Plutarchum saepe pronomen indefinitum *(τις)* particulis negativis abundanter additur[4]): c. 4 p. 336 e: *ἀλλ' οὐ δίκαιον οὔτε κακίαν εἰς ἀτυχίαν οὔτε ἀνδρείαν καὶ φρόνησιν εἰς εὐτυχίαν τινὰ τίθεσθαι.* — Reliquos locos, quibus particula negativa in hac oratione legitur, opus non est affere, cum ab usu communi haud multum recedant.

His rebus grammaticis et syntacticis phrases quasdam adiungere liceat, quae quamquam paulo ieiuniores et absurdiores primo obtutu videri possunt, tamen a Plutarchi more nullo modo abhorrent.

or. II 4 p. 337a: *ἐγὰ δὲ τοῦτ' εἰπεῖν πρὸς τὴν τότε τύχην οὐκ ὀκνήσω κτλ.* — cf. or. I 7 f. p. 329e: *ἀλλ' ἐκείνης ἡδέως ἄν μοι δοκῶ γενέσθαι ιῆς καλῆς καὶ ἱερᾶς νυμφαγωγίας θεατής . . . . . ἡδέως γὰρ ἂν εἶπον· „ὦ βάρβαρε Ξέρξη" κτλ.* — comp. Arist. & Cat. mai. 4: *αὐτοῦ γέ τοι Κάτωνος ἡδέως ἄν πυθοίμην· „εἰ μὲν κτλ."* —

---

[1]) H. Heinze, Plut. Untersuch. p. 45.
[2]) C. Stegmann, Ueber den Gebrauch der Negationen bei Plut. Progr. Geestemünde 1882.
[3]) Stegmann l. l. § 24, p. 18.
[4]) Stegmann l. l. § 29, p. 23 sq.

c. 7 p. 339a: *πρόσγραψον, εἰ βούλει, τῇ τύχῃ τὰ Ἄρβηλα.* et c. 8 p. 340c: *βούλει μαθεῖν, πῶς κτλ.* cf. or. I 5 in. p. 328b: *καὶ πρῶτον τὸ παραδοξότατον, εἰ βούλει, σκόπει.* de poet. aud. 4 p. 20e *εὐθύς, εἰ βούλει πρὸς τὰς Ὁμηρικὰς τῶν θεῶν ῥίψεις κτλ.* — de prof. in virt. 17 in. p. 85e: *ἔτι τοίνυν πρόσλαβε τοῖς εἰρημένοις σημεῖον οὐ μικρόν, εἰ βούλει.* de ser. num. vind. 17 p. 560c: *εἰ δὲ βούλει, τοὺς ἄλλους θεοὺς ἐάσας, σκόπει τουτονί κτλ.* cf. Wytt. Anim. II 537. — de fort. Rom. 3 p. 317d: *βούλεσθε δὲ πυθώμεθα, τίνες κτλ.* de glor. Ath. 6 in. p. 348de: *βούλεσθε τοὺς ἄνδρας εἰσάγωμεν;*

c. 8 p. 340b: *πρὸς τὰ πρῶτα τῆς αὐξήσεως αὐτοῦ . . . . βαδίζω.* — de fac. in orb. lun. 16 p. 929b: *ἐγὼ δὲ ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἐρῶ . . ., ἑκὼν δὲ πρὸς τὰ λοιπὰ βαδιοῦμαι.*

c. 11 p. 341f: *ἄτοπόν τι δόξω λέγειν, ἐρᾶ δ' ἀληθές.* Quamquam prorsus congruens exemplum non inveni, tamen haec comparari possunt: de ser. num. vind. 16 p. 559d: *εἰ δὲ μὴ δόξαιμι παίζειν ἐγώ, φαίην ἄν . . . .* — de fort. Rom. 2 p. 316e: *ἐγὼ δὲ . . . . ὀρθῶς ὑπονοεῖν οἶομαι.* ibid. c. 11 p. 323f: *ἡ δ' εὕροια τῶν πραγμάτων . . . ἐπιδείκνυται τοῖς ὀρθῶς λογιζομένοις.* de glor. Ath. 1 p. 345c: *ταῦτ' ὀρθῶς μὲν ἐκεῖνος εἶπε πρὸς τοὺς . . . στραιηγούς, . . . ὀρθῶς δ' εἰρήσεται καὶ πρὸς τοὺς . . . μέγα φρονοῦντας.*

c. 13 p. 343d: *φέρε θεᾷ τὸν Ἀλέξανδρον ἅπασι παραβάλλων.* cf. or. I 12 p. 333a: *παραθῶμεν τὰ τῶν ὁμολογουμένων φιλοσόφων.* de glor. Ath. 8 f. p. 351a: *σκόπει δὲ σοφιστικὴν μικροφροσύνην.* de fort. Rom. 11 in. p. 323e: *φέρε . . . . . τὸν λόγον μεταγάγωμεν.* de amor. prol. 4 in. p. 496c: *ἐπὶ τοὺς παλαιοὺς ἀνάγαγε τὸν λόγον* et multa similia.

Ex his exemplis similiter conformatis intellegi puto Plutarchum eiusmodi formulas haud sprevisse, quamquam nobis fortasse paulo absurdiores et molestiores videntur; praeterea respiciendum est rem nobis esse cum declamatione rhetorica.

Theses.

1. Lucianus cum in Alexandri c. 14 *τὸν ἀρτιγέννητον Ἀσκληπιόν* appellat *δὶς τεχθέντα, ὅτε ἄλλοι ἅπαξ τίκτονται ἄνθρωποι,* respexisse et mutavisse videtur Homeri versum (Od. XII 22):

... ὅτε τ' ἄλλοι ἅπαξ θνήσκουσ' ἄνθρωποι.

2. In Plutarchi l. de soll. anim. c. 14 p. 970c scribendum est: *τὰ δ' αὐτὰ καὶ τὸν ἀετὸν δρᾶσαι λέγουσιν.*

3. In eiusdem l. de vit. aer. al. c. 2 p. 828b pro *ὅπως* scribendum est *τούτῳ* et gravius interpungendum post *ἐποίησεν.*

4. In eiusdem libri c. 4 p. 829a Plutarchus verbis: *σπείροντες οὐχ ἥμερον καρπὸν ὡς ὁ Τριπτόλεμος* Sophoclis tragoediam illam perditam significare videtur.

5. Avieni Arateorum vv. 264 sqq., qui de Boote sunt, ita legendos esse puto:

Nec minus in membris lux olli maxima vibrat
Omnibus, ardet apex capiti, micat ignea late
Dextera, flammae *haerent* umeris, flammam
movet instans
Inter utrumque femur.

Vita.

Natus sum Carolus Guilelmus Nachstädt Berolini die XIV. mensis Septembris a. h. s. LXX patre Guilelmo, matre Bertha e gente Schack, quos etiamnunc vivos esse valde gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum primordiis Berolini in ludo privato imbutus nonum annum agens, postquam pater in vicum, qui vocatur Wilmersdorf, migravit, gymnasium Charlottenburgense adii, quod adhuc sub auspiciis F. Schultzii v. i. floret. In quo Septembri a. h. s. LXXXIX maturitatis testimonium nactus Universitatis Fridericae Guilelmae Berolinensis civibus adscriptus sum ibique philologicis historicis theotiscis studiis operam dedi.

Docuerunt me per novem semestria viri illustrissimi: Bellermann, Diels, Dilthey, Döring, Ebbinghaus, Geldner, de Gizycki, Hirschfeld, Hübner, Kiepert, Kirchhoff, Koser, Kübler, Lenz, Meyer Naudé, Paulsen, Roediger, Scheffer-Boichorst, E. Schmidt, Sternfeld, Tobler, de Treitschke, Vahlen, Wagner, Wattenbach, Weinhold, Zeller.

Ad exercitationes benigne mihi aditum praebuerunt archaeologicas Graef, theotiscas E. Schmidt et Weinhold (in seminario germanico), historicas Hirschfeld, cuius doctrina per quater sex menses fructus sum, et Marcks, philologicas Hübner, cuius societati per sexies sex menses interfui. Seminarii philologici, quod moderantur Kirchhoff et Vahlen, per quinque semestria sodalis fui ordinarius.

Quibus viris omnibus optime de me meritis gratias ago quam maximas, praecipue vero Hirschfeldio Hübnero — qui studiis his Plutarcheis me initiavit — Kirchhoffio Vahleno, qui consilio et disciplina studia mea quam maxime auxerunt et sublevaverunt summaque cum benignitate me semper adiuverunt; quorum virorum memoriam pio gratoque semper colam animo.